

ALCIBIADES, cum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset, eumque secretò tristem sedentem vidisset, interrogavit: Quid ita tantam in vultu confusionem gereret? At illo dicente: mandato se civitatis Popule Minervæ, quæ sunt janua arcis, adificasse: consumptaque in id opus ingenti pecunia, non invenit quo pacto ministerii rationem redderet, atque idco conflictari: Ergo (inquit) quære potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque vir amplissimus, & prudentissimus, suo consilio defectus, puerili usus est: atque id egit: ut Athenienses, finitimo implicati bello, rationibus exigendis non vacarent. Valerius libro 3. capite 1. Sabellicus libro 1. capite 3.

Sacris hominibus.

Cum Antiochi ob tributum extraordinarium sibi impostum statum arcam Placilla reginæ demoliti essent: Theodorus Imp. & libertatem civitati eripuit, & cades magnas cogitans, executores eò præfectos milit. Quo cognito, Macedoniam eremitam in media urbe præfectos Imp. suo nunciare iussit: Meminisset hominem esse, & Dei Opt. max. nutu pendere, ejus benignitatem imitaretur: neque propter arcam statuum, Dei imaginem hominem, crudelissimè interfici curaret: maxime cum statua multa pro una reponi posset: at ne pilum quidem Imperator interfecto homine restituere posset. Præfecti Theodosio rem indicant. Ille Macedonio parit, & Antiochenis perperit. Theod. l. 5. c. 26.

In graviss. Constantinopolitane urbis terræmotu, qui ann. Sal. 1509. 14. Sept. accidit, Bajazetes Imp. monitus à quodam monacho Græco, sene, quem familiaris diligebat, secumque crebro detinebat, in hortos descendit, & à ruina servatus est. Vaticinatus est hic senex, venturum terræmotum, interitumque Turcarum sectam, propæque esse illorum ruinam, interepidæ sæpe Casari hoc dixit.

IN QUO. PARERE. EXTRA BELLUM.

Narrant poete, & Prodicus sophista, Herculi ex Ephebis jam egresso, ac id ætatis agenti, quando de tota vita deliberatò sumenda est, cum in solitudine fecisset, dubitansque multum, ac diu secum cogitaret (ur est ca ætas imbecilli iudicio, consilioque) quam vivendi viam, virtutis, an voluptatis ingrediatur, hoc est, cui potissimum vitæ generi semet accommodare: assistisse duas matronas, virtutem scilicet & voluptatem, comparantque hanc nitidam, latioque, ac hilari vultu: at ubi tristis illam, & fordido habitu. Cùmque jocos illa & delicias, omnemque honorum affluentiam, sive præligeret, polliceretur: hæc verò famem, & sitim, æstus, & frigora, & quicquid triste durum, horrendumque excogitari posset: sed horum tandem gloriam, ac felicitatem finem esse futurum: alioque ipse, salubriorque usus consilio, rejecta voluptate, virtutis viam, licet duriorem, asperioresque sequutus est. Cognatus l. 2. Narrat.

Defuncto Lyfandro, cum factionem deprehendisset Agellius frequentem, quam ille simul, atque ex Asia egressus fuerat, consilaverat in Agellium: studuit ostendere, qualis ille in vita civis fuisset. At cum orationem legisset in volumine relictam, quam à Cleone Halicarnasico scriptam habere memoriter statuerat Lyfander in concione de rebus novandis, & reip. mutatione: insinuat eum in publicum proferre. Quam ubi legit quidam ex senibus, & veritus orationis nervos, suavit, ne Lyfandrum recideret, sed potius unam cum illo orationem descriptam, acquirere. Plut. in Agellio, l. 1. c. 1. & Apophth. ALEXANDER Mammæ in animo habebat, omnibus officiis gemis veltis propriam dare, & omnibus dignitatibus ut ex vestitu dignoscerentur, & omnibus servis, ne ingenuis miscerentur, neve seditioni essent. Verum Ulpianus, & Julius Paulus consulti otes Principi diffusaverunt, plurimorum rixarum causam fore dicentes, si abieci homines per vestitum proditi, injuriis exponerentur. Sab. l. 6. Enn. 7. ex Lampridio.

ARGADUS, Argathelie princeps Spotici regni gubernator, coniecto in vincula Bonaro rege sceleratiff. dictus, cum sentim auctoritate abuti, & Pictorum affinitate contra ad majores opes aspirare videretur: severè à proceribus correptus, veniam supplicis cum lachrymis petit & impetravit, suoque deinceps officio cum laude, & salute Reip. functus est. H. Boetius lib. 5.

IN BELLO.

Cum Darius rex contra Scythas expeditionem instituisset,

& ponte sublicio Bosphorum Thracium junxisset, & jam trans Istrum exercitum transfudisset per rates: cum Jones ex præcepto regis pontem ex ratibus soluturus essent, Coes Erythrandri F. Mitylenæorum præfectus, dissiuasi, & pontem integrum relinquere iussit, quoniam vebatur, ne Scythas more suo fugerent, & expeditio irrita fieret. Id quod & factum est. Darius laudato Coe ob consilium sexaginta nodis lorum innovavit, eumque Jonum tyrannum dedit, jubens, ut pontem custodiret, neque illi solium, sed etiam, qui ex illis nati sunt. Tamen scis, Domine, quàm malè se gesserint in una civitate, ut qui populum illum per dolam eum venerint, & consilium inierunt adversus sanctos tuos; & in eos, qui restant, adhuc mala machinantur. Quod si peccata nostra id mererent; sed ne tu nos tradas illorum manibus. Quod autem ipse volueris, hoc excepto, nobis impone supplicium: ne forte dicatur: Ubina est ipsorum Chrisus, propter quem gloriantur, & crux ejus? Hæc cum præcitus esset cum lachrymis, egreditur de templo, & e civitate, & ad quandam monachum, qui propter virtutis operationem dignus erat habitus, ut prævideret futura, & in angusta turricula jam quadraginta quinque annos fuerat inclusus, pedes venit eodem habitu, de prelio seiscitatoris: atque quoque composita thymiamata, in quibus etiam aurum latebat immiscuerat. Quæ cum tradidisset, quarebat preces, & significationem eorum, quæ erant eventura. Ille autem, dolo deprehensus, cum quis esset, optime nosset: Sic tecum (inquit) Deus, qui tecum etiam regnat. Verum etiam abi, munitus martyrum sacrificio, quod Deus est odoratus, & precibus Pontificis Alexandria, & lachrymis Justini. Hæc cum audisset Elesbam, & cum non tentasset amplius, benedictione accepta abijt laurus: & cum iussisset exercitui, ne ferrent vaticium plusquam viginti dierum, navigavit. Ex Agathia de bel. Pers. lib. 2. Baron. an. Eccl. tom. 7. an. Dom. 523.

Cum ob Pausaniam tyrannidem Græci à Lacedæmonis ad Athenienses, duce Aristide Justo descenderent: eam rem veluti majestatis diminutionem agerrimè ferentes Spartani, bellum Atheniensibus inferre proponebant. At fenator quidam Octamidus, ex genere Herculis, propter singularem virtutem magna apud eos auctoritate, contra consulere ingressus est: Rei maritimæ curam, atque imperium Atheniensibus permittendum: Spartanis nequaquam usui esse. Cùmque in hanc partem multas rationes attulisset, fenator, populoque persuasit, ut ceptum consilium de bello relinquerent. Diad. l. 11.

Cgo Bambergæ Philippo rege amulo, Otto IV. jam advenisse tempus ratus, quo inimicos ulcisceretur, prohibitus est à principibus, præsertim Archiepiscopo Magdeburgense, & Bernardo duce Saxonie, rectè rem conjectantibus, melius clementiam quam vi rem firmandam. Nam si violentus infileritis, inquit, alium surrogabunt æmulum: si mansuetus esse, unus in te omnium aderit consensus. Sequutus rex iusta pacis consilia, Halberstadii indixit regni conventum omnibus principibus, de communi pace acturus. Crantz. l. 7. Sax. cap. 29.

* SANCTORUM HOMINUM

Consilia adhibenda, & audienda.

Cum S. Quintilianus Rutenorum Episcopus in urbe Arvenensi moraretur, Proculus quidam ex arario presbyter ordinatus injurias intulit; omnemque potestatem illi de rebus Ecclesiæ auferens, vis et tamen quotidianum victum ministrari præcepit: sed per ejus orationem à civibus correctus est prudentioribus, restituta in omni potestate, ab eo illius remota infidiis. Antedidus tamen sacerdos non immemor injuriarum, quodam Paulus Apostolus de Alexandro arario; & hic de Proculo decantabat, dicens: Proculus ararius multa mala mihi fecit: reddet illi Dominus secundum opera sua. Quod alio postremum ei evenisse certum est. Erat autem vir beatus in oratione assiduus, & in tantum amator populifili, ut veniens Theodorico, & vallante exercitu urbem, Sanctus Dei muros pallendo circumiret, & ut Dominus, vel religioni, vel populo velociter succurrere dignaretur, assistens jejuniis, & vigiliis instanter oraret. Porro cum Theodoricus Rex cogitaret muros evertere, molitus est misericordia Domini, & oratione sacerdotis ejus, quem in exilium extrudere cogitabat. Nam nocte perterritus, de statu suo exiit, ac solus per viam publicam fugere nititur: perdidit enim sensum, nesciens quid ageret. Quod advertentes sui, eumque retinere conantes, viæ potuerunt, cohortantes, ut se signo salutari muniret. Tunc Hilpinus Dux accedens propius ad regem, ait: Audi, gloriosissime Rex, consilium parvitiatis mee: Ecce muri civitatis istius fortissimi sunt, eamque propugnacula ingentia vallant. Quod ut plenius magnificentia tua cognoscat, de sanctis quorum Basilica urbis muros ambiunt, hæc loquor: sed & Andiles loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere, quod cogitas, noli Episcopo injuriam inferre, aut urbem evertere. Cujus consilium Rex elemeenter accipiens, præceptum posuit, ne ullus ab octavo urbis milliario laederetur. Quod obtenta sacerdotis præstitum nullus ambigat. Tunc Proculus ille, diruptis Utentis castri muris, ab ingredientibus hostibus, ante ipsum Ecclesiæ altare gladio interitus in frustra dissepuit, reddiditque Dominus sicut sacerdos canere conlueverat, secundum opera sua. Ex Greg. Turon. vii. 55. Patr. c. 4. & apud Lippom. v. 8. Ann. Eccl. an. Dom. 514. tom. 6.

Cum Elesbaan Christianissimus Ethiopum Rex validum colligisset exercitum, usque ad centum & viginti millia, contra Homeritas, suorum partem per continentem ad Homeritidis partes magis occidentales misit: ipse verò permanere cum navibus, ut illi per terram irruentes, hostes in medium coacerent. Cæterum illi quidem cum multis dies iter fecissent per

per loca arida, & transitu difficilia omnes interierunt, ut qui nec pervenire ad Homeritiam, nec ad regionem suam poterint redire. Rex autem cum jam esset navigaturus, venit in templum, ad curus fores, regia veste, aliis insignibus imperii depositis, ingressus quidem est in privato habitu: stans autem ex adverso aræ, cum Deum multum orasset, & ab ipso in Ægypto miracula, atque in ipsa solitudine pro Hebræis in memoriam revocasset: Illi, dicebat, fuerunt ingrati in te benefactorem, neque illi solium, sed etiam, qui ex illis nati sunt. Tamen scis, Domine, quàm malè se gesserint in una civitate, ut qui populum illum per dolam eum venerint, & consilium inierunt adversus sanctos tuos; & in eos, qui restant, adhuc mala machinantur. Quod si peccata nostra id mererent; sed ne tu nos tradas illorum manibus. Quod autem ipse volueris, hoc excepto, nobis impone supplicium: ne forte dicatur: Ubina est ipsorum Chrisus, propter quem gloriantur, & crux ejus? Hæc cum præcitus esset cum lachrymis, egreditur de templo, & e civitate, & ad quandam monachum, qui propter virtutis operationem dignus erat habitus, ut prævideret futura, & in angusta turricula jam quadraginta quinque annos fuerat inclusus, pedes venit eodem habitu, de prelio seiscitatoris: atque quoque composita thymiamata, in quibus etiam aurum latebat immiscuerat. Quæ cum tradidisset, quarebat preces, & significationem eorum, quæ erant eventura. Ille autem, dolo deprehensus, cum quis esset, optime nosset: Sic tecum (inquit) Deus, qui tecum etiam regnat. Verum etiam abi, munitus martyrum sacrificio, quod Deus est odoratus, & precibus Pontificis Alexandria, & lachrymis Justini. Hæc cum audisset Elesbam, & cum non tentasset amplius, benedictione accepta abijt laurus: & cum iussisset exercitui, ne ferrent vaticium plusquam viginti dierum, navigavit. Ex Agathia de bel. Pers. lib. 2. Baron. an. Eccl. tom. 7. an. Dom. 523.

Quam felix consilium dederit S. Severinus Noricorum Apostolus Flacitico Rugorum Regi, Eugypius Abbas fideliter scribit his verbis: Rugorum Rex nomine Flacitico, in ipsius regni sui corpore natus primordiis, habens Gothos ex inferiore Pannonia vehementer insensos, quorum innumera-bilibi multitudinem terrebatur. Et ergo beatissimum Severinum in suis precibus tanquam ecclesie consulere oraculum. Si quidem dum vehementius turbaretur, veniens ad hominem

C Deis, deiebat se à Gothorum Principibus ad Italiam transitum postulatum, & quibus se non dubitat, quia si hoc eis denegatum fuerit, occidendum. Respondit ei vir Domini Severinus: Si nos omnes una fides Catholica adnecteret, magis me de vita perpetuitate consulere debuisti; sed quia de præsentibus tantum salute sollicitus, ausulta, quæ dico: Gothorum nec copia, nec ad veritate turbaberis, quia citò securus, eis decedentibus, tu desiderata prosperitate regnabis: tantum ne humilitatis mee monita prætermittas. Non te itaque pigeat pascere appetere, etiam inimicorum. Nunquam propriis virtutibus innitaris: Maledictus (inquit Scriptura) qui confidit in homine, & ponit carnem brachium, & a Domino recedit cor ejus. Disce igitur infidias cavere, non ponere. Inlectulo quippe tuo pacifico sine transibis. Qui dum tali animatus oraculo lætus abscederet perlato sibi, quod turba latronum aliquos captivasset ex Rugis; virum Dei procinx mittere consilium. Qui sanctus cum mandatis, ne prædones sequeretur, Domino revelante præmonuit, dicens: Si eos secutus fueris, occideris. Cave, ne amicum transeas, & infidiis quæ tribus in locis paratæ sunt, improvida mente succumbas. Nam citò nuncius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiet certiorum. Tunc duo captivorum ab his hostium sedibus fugientes, ea per ordinem reulerunt, quæ beatissimus vir, Christo sibi revelante prædixerat. Igitur frustratis infidiis devotantium, Flacitico incrementis auctus prosperioribus, vitam rebus transgressis terminavit. D. Aug. lib. 9. conf. cap. 9.

Sanctus Columbanus Luxoviensis Abbas, aliquando ad Clotharium Chilperici Regis filium, qui in Austrasiis Francie regnabat in extrema Gallia ad Oceanum positus, perrexit. Porro Clotharius audierat, quantis, qualibet injuriis virum Dei Brunichildis, ac Theodorici fatigaverant. Quem cum vidisset, veluti ecclesie tamen recepte, oraque precatur, ut si velit, intra sui regni terminos residere, seque ei, prout voluerit, famularum. At ille nequaquam ait his in locis se consistere velle, vel ob suam peregrinationem augendam, vel illis inimicitiarum occasionem sedandam. Tenuit ergo cum Clotharius quantis potius se diebus: castigatque ab L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

eo pro quibusdam erroribus, quibus vix aulæ regia caret, spondet se Clotharius juxta ejus imperium omnia emendaturus. Erat enim Clotharius solers in amore sapientie, inventum ergo opatum munus gratificabatur. Morante igitur eo penes Clotharium, lis oritur inter Theodobertum, & Theodoricum disceptantibus utriusque de regni termino. Er utique ad Clotharium Legatos dirigit, uterque ad versus fratrem auxilium postulat. Quod Clotharius beato viro infamare procurat, consulens, si videretur ejus consilio, se uni consentiendo, contra alium dimicare. Ad quem ille, propheticò repletus spiritu, ait: Neutris eum fore pariturum consiliis, in suam autem intra triennium tempus ditionem utrorumque regna venire. Videns autem Clotharius à viro Dei talia sibi propheticò ore dici, neutri parere voluit: sed promissum sibi tempus fideliter expectans, postea potius est triumpho victoriz. Jonas in vita S. Columbanii, cap. 23. Baron. tom. 8. an. Dom. 612.

Mulieres quædam viris Christianam religionem profitentibus nuptæ, apud Monicam Divi Augustini matrem de virorum injuriis, assiduè que contentionibus, quibus afflictarentur, conquirebatur. Se inquit, mirari, quæ illa vivendi uteretur ratione, quibusve esset moribus, quæ pacificè cum viro, qui & Christianæ religionis sit expertus, & animi prætorios, colibaret. Quibus respondens Monica, Mæ, inquit, sorores, vos ipse fortassis ad rixas maritos vestros moritua vestra, & contumacia impellitis, contentionibusque frigidam quasi suffunditis. Eo ego sum ingenio, marito meo vehementissimè favente, ego interim taceo, multa dissimulo, animumque precibus ad Deum fundendis occupo. Hic moribus iracundiam, & furem mariti mei frango, & ut stabili fruatur concordia, efficio, quæ animum ejus sic inflexi, ut unâ mecum Christum colere cepit. Tales etiam & vos erga maritos vestros gerite, sic omnes rixas, & contentiones cavebitis, maritibusque utemini & humanis, & obsequentibus D. Aug. lib. 9. inf. cap. 9.

MALIS CONSILII NON PARERE.

Consule Tit. Non succere injusta. Neque enim subieclo differunt, sed habitu tantum. Illic inæqualis atis, hic imprudentie fuga in considerationem venit.

Phocion jubentibus Atheniensibus, ut moveret in hostes: ubi renuit, timidum, mollemque appellantis: Neque vos, inquit, lacere me audacem potestis, neque vos ego timidos. Attamen novimus nos inter nos. Plut. in Phocione.

Cum Sopater Syrus, singularis eruditionis, atque eloquentiæ vir, sana deorum toto orbe celebratissima jussu Constantini Magni videret everti, rem iniquo animo passus, ad aulam Imperatoris, auctore Eunapio, venit, ut ipsam à propostita ratione deduceret. Verum nihil profecit: à Constantino tamen eximia prudentiæ opinione cultus, apud eum mansit. Sigon. lib. 14. Imp. occid.

Ladislau, Hungaria, ac Boemia regem, adhuc puerum, cum Fridericus III. Romanorum Imp. apud se educaret, sanguine sibi conjunctum: non deservit ex consiliariis, qui puerum clam perdendum Casari persuaderent, cuius mors opes maximas, plurimæque regna allatura esset. At Imperator: Qui sit (inquit) quod me divitem potius, quam piium erga meos esse cupitis? Ego sanè divitias non ita amo, ut impiis consiliis perisus, propter esse indignum facinus perpetrare velim. Eneas Sylvius lib. 3. Comment. de rebus gestis Alfonso.

FRIDERICUS III. Saxonie Dux multis ab Erfordensibus injuriis affectus, comitis populo indictis de bello suscipiendo deliberabat. Erat eques magnæ auctoritatis, qui bellum summo studio suscebat, & à dedecore & à facilitate victoria ductis præcipue argumentis. Ei Dux, Præclarè tu quidem, Sigismunde Lissi, pro te ipso, cujus interest bella ex bellis feri, concionatus: pro me non item, cujus gloria, & incolumitas ex subditorum commodis potius, quam ex hostium ruina, & interitu pendet. Concione in præsens dimissa; non multo post conventu Vormaciens. Erfordenses coram Imp. Carolo V. graviter accusatos, insperato suo dignatus patrocinio, ex inimicis amicissimos reddidit. Has artes, si reliqui imitarentur, plures principes, quam tyrannos haberemus.

Cresfo Lydorum expeditione contra Cyrum Persarum A regem Lydus quidam Sandanis sic consuluit: Adversus tales viros expeditionem parat, rex, qui coriacea subligacula, quique e corio reliquam vestem ferunt: qui non quibus volunt cibis vescuntur, sed quos habent utpote regionum asperam colentes. Ad haec potu non vini utuntur, sed aqua: non ficosas ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Quibus cum nihil sit, quod eripias victor, victus animadvertere, quot bona amittes. Ubi enim gustaverint illi nostra bona, circumfissent nos, nec abigi poterunt. Egidem diis habeo gratiam, qui non induxerunt in animum Persis, ut Lydos invaderent. Cresfus, sic agentibus eum satis, a Cyro captus, regnoque exutus est. Herodotus lib. 1. & Sabell. libro 6. Ennead. 2.

Croesus consultus a Cyro de bello suscipiendo contra Tomyrin reginam Messagetarum: Si tibi, ait, esse videris immortalis, nihil est opus, ut meam tibi sententiam dicam. Si vero te quoque agnoscis hominem, illud in primis discito, talem humanarum rerum circum esse, qui rotatus, eosdem semper fortunatos esse non sinit. Cyrus imperandi libidine accensus, Cresfo non paruit. Itaque in eo bello perit. Brut. lib. 4. c. 37. ex Herod. lib. 1.

Cumusu Histiaz Hilefii, & Aristagorae impulsu, Milesii a rege Dario rebellare vellent, Hecataeus de rebus initio dissuadebat bellum adversus regem Persarum, enumerans cunctas nationes, quibus Darius imperaret, omnemque illius potentiam. Sed cum hoc persuadere non posset, secundo loco suadebat, ut classe mare occuparent, negans se videre, qua alia ratione victoriam essent consecuturi. Scire enim se Milesiorum vires esse imbecilles: si tamen pecunie amplissime e templo, quod est in Branchidis, tollerentur, quas Croesus Lydus reposuisset, multum spei esse maris potuendi, atque ita pecuniam, & ipsos habituros ad utendum, nec hostes spoliaturos. Neutrum tamen persuasit. Herod. lib. 5.

Cum Xerxes Persarum rex, contra Graecos expeditionem suscepturus esset, Mardonius quidem Gobrys F. adhuc juvenis, gloriae cupidus, omnibus modis id suadebat. Artabanus vero Hytaspis F. Xerxis patruus jam senex, longaque doctus experientia dissuadebat. At Xerxes, sic trahentibus satis, Mardonium fecutus est. Herod. lib. 7.

Rufus idem Artabanus in campis Abydenis inspecto C univervo exercitu, cum classis in portu recipi non posset, neque terrestribus copiis commeatu suppeditari, periculosam expeditionem fore dicebat. Rege id negante, consuluit, ne Jones contra Athenienses (a quibus orti essent) duceret. At rex neque in hoc parere voluit: sed ut in consulendo nimis timidum, Sula ad regni administrationem abire iussit. Herodotus libro 7.

Post funestam illam victoriam ad Thermopylas, cum Xerxes rex Demaratum Spartanum, qui apud se exulabat, consulere, quam ratione reliquos Spartanos minimo cum negotio subigere posset? iussit Demaratus, ut classe sua insulam Cytheram Laconiae adjacentem occuparet, & ex ea Spartanos terraret. Sic enim futurum, ut Lacones domestico bello occupati, reliqua Graeciae subsidium ferre non possent. Qua subacta Lacones per se invalidos futuros. Pravidisse hoc Chilonem Lacedaemonium, virum sapientissimum, qui conducibilis esse Lacedaemonis dixerit, eam insulam obrui mari, quam extare. At Xerxis frater Archemenes classis praefectus, classem non dividendam censuit, praeteritum cum illa eadem naufragio ad Chalcidem falso de-

D bilior esset, & timendum foret, ne distracta superaretur: Cujus quidem sententiae Xerxes acquievit. Si Demarato paruisset, Graciam totam sine negotio subegisset. Herodotus lib. 7.

Cum Xerxes ad Salaminam cum Graecis praedium navale committere vellent, caeteri omnes regis voluntatem in id inclinare videntes, pugnare jubent: sola Artemisia Cariae regina dissuasit, eo quod in loco angusto cum Graecis in re nautica exercitissimis, quamvis numero inferioribus certare, classe afflicta pedestrer quoque exercitum in periculum conicere, minime consultum videretur: quin potius classem in statione continendam, & pedestri exercitu in Peloponnesum traiciendum. Verum Xerxes consilio feminae saluberrimo non acquiescens, turpissimè ad Salaminam superatus fuit. Herodotus lib. 8.

MARDONIUS Persa post Salaminiam pugnam a Xerxe rege in Graecia relictus erat, ne eam subigeret. Thebani, cum a regis partibus starent, suadebant, in Thesalia manendum,

& missa pecunia Graecos ad factiones, & seditiones sollicitandos. At Mardonius fastu tumens, summoque desiderio Athenas occupandi, aperta vi Graecos aggressus, vitam cum exercitu, qui ex 300. hominum millibus constabat, amisit. Herod. lib. 8.

Idem cum contra Graecos ad Plateas pugnaturus esset, & sententias ducum rogaret: Artabazus Pharnacis F. vir experte virtutis inter Persas, suadebat, satis esse, Thebas Thesalia cum exercitu petere, ubi multum pabuli, & commeatu esset, & interim missis muneribus Graecorum animos corumpendos, neque aperta vi oppugnandos. At Mardonius, cum eum sua fata traheret, in proposito pertinax, exercitum cum vita amisit.

Praefecti, & duces Persarum, cum tardi fuissent ad prohibendum Macedonum transitum in Asiam, convenerunt gratia consulendi, qua ratione bellum contra Alexandrum Magnum gerendum esset. In iis Memnon Rhodius, qui militaria prudentia valde estimabatur, censuram rem in initio in discrimen deduci non oportere, sed agros vastando, necessarios inopia debere hostem prohiberi, ne ulterius progrediretur: si mulque in Macedonia navales, & pedestres copias traduci, ut bellum totum in Europam transferretur. Optimè profus vir ille consulbat, ut ex rerum eventu postea cognitum est. Sed Duces caeteri haudquaquam assensum voluerunt, tanquam diceret ea, quae ingentis Persarum animos parum decerent. Dimicatio placuit. Verum acie victi, Darium regem de summa rerum periclitari fecerunt. Diod. lib. 17.

DARIUS rex Persarum, Memnonis Rhodii, cui rerum summam commiserat, morte audita, concilium amicum habuit, retulitque ad eos, Utrum duces cum exercitu ad res maritimas mittendos censerent: an magis expedire videretur, regem, adductis omnibus copiis belli fortunam experiri? Tunc quibusdam suadentibus ipsum in aciem prodire, quod Persae omnes cupidissimo animo deceraturum essent: Charidemus Atheniensis, virtute, & omnibus artibus imperatoris praestantissimus, qui sub Philippo rege meruerat, & in omnibus rebus obeundis principis, & consilio optimus erat, Darium admonuit, ne temere imperium suum in aliam committeret: sed illud ipsum, quod longè, & late patebat, in officio continere: ducent autem, cuius prudentia explorata haberetur, contra Macedones mittere. Ad quam expeditionem centum millium peditarum fuicere dicebat, ut eorum tertia pars essent Graeci stipendio conducti. Quo vero didicitorum magis fidem faceret, pollicebatur sese bellum confecturum. Moverant regem ejusmodi Charidemus verba: sed regis amicis diversa, qui plus dignitatis habere videbantur, censentibus, atque eam de Charidemo suspitionem Dario iniicientibus, quod belli administrationem sibi demandari cupiebat, utres Persarum Alexandro prodere: concitatus Charidemus, Persis ignaviam, & timiditatem aperte cepit exprobrare. Rex offensus, Charidemum zona comprehensum (quod est nomen Persarum) apparitoribus interficiendum tradidit. Qui cum ad supplicium traheretur, exclamavit, Brevi regem penitentia affectum iri, atque injuria sibi facta amissione regni poenas daturum. Rex postmodum sedata ira, cum mentem recepit, graviter seipsum facinorosum impotenter commissi inculpavit. Itaque secum, quam Macedoniae fortitudo esset, conjectans, circumspiciebat, quemnam idoneum ducent in Memnonis defuncti locum sufficeret. Cumque nullum inveniret, coactus est ipse ad periclitandam regni sui fortunam descendere. Diodor. lib. 17. & Sabell. lib. 4. Ennead. 4.

Idem, ut Macedones intra Cilicia angustias opprimeret, quinque dierum spatio Euphrate superato, in eam terram ire pergit. Erat in Persis transfuga quidam Macedo nomine Amyntas: is ubi Alexandrum convulsi esse allatum est, & jam esse pugnae comparare, Darium monuit, ne ita, ad hostem properaret, nec pergeret velle in Cilicia angustias dimicare, ubi locorum natura omnia hostibus meliora fierent, & camporum vastitate opus esse, ut hostis Persicis viribus vinceret.

Probabat id consilium Darius, sed vereri se dicebat, ne Alexander, & hostes inde effugerent. Mitte, inquit, Macedo, istud timere: Alexander, si rectè cum novi, non modo non fugam molitur, sed certum etiam habeo, ita fore, ut cunctanti tibi sit haud multo post cum omnibus copiis affuturus. Darius Macedonis verba aspernatus, nihilo secius in Ciliam ire pergit. Et jam Darius erat Ciliam ingressus, cum Elymoctes, qui a Pharnabazo Graecos milites acceperat, regem ut antea Amyntas monuit, ne invictum alioqui exercitum in ar-

atum

atum coniceret, quin retrò conversus in Mesopotamiae campis hostem opprimeret, ubi Macedonum paucitas circumventura pluribus posset. Non tam regi, quam purpuratis ea sententia displicebat, criminarique Elymoctis, & Graecorum, qui cum eorant, apud Darium fidem. Corruptos dicere ab Alexandro, ut Persarum victoriam quoquo modo possent, removerent. Censebant proinde Graecorum phalangem cum ipso duce statuendam in medio, atque ab univervo exercitu telis confingendam. Negat Darius se id fecit admitturum, ut milites suam fidem secutos tam fœdè trucidaret, neminem affirmans solidum consilium capite luere oportere. Sabell. 4. Enn. 4. ex Plat. Alexandro.

Cum cerneret Pericles Tormidem Tolmai ob superiores victorias, & laudem ex rebus bello gestis insignem, incuriosum alieno tempore moliri in Boeotiam, atque induxisse fortissimos quosque ex juventute, & animosissimos, ut voluntarii ad mille, praeter reliquum delectum, nomina darent: retinere tentavit eum, & pro concione oravit, illud tritum dictum referens. Si non crederet Pericli, at non erraturum tamen, si prudentissimum consilium opprimeretur, tempus. Atque in praesentia quidem laudem ex hoc dicto consecutus B est medioerem. Paucis post diebus, cum occidisset nunciatio est Tolmidem ipsum apud Coronam acie fufum, multosque, & fortes civis occubuisse, tunc vero magnam prudentiae, & amoris in civis ex ea re cum benevolentia retulit laudem. Plat. in Pericle.

Cineas Philoporus, Pyrrhum Epirotarum regem cum Italico bello imminere cerneret, ad securiora consilia traducere frustra conatus est. Conf. Tit. Abello inferendo deharitari.

Cum Pyrodotus Cendeyensis Mauoli F. Caribus, qui a rege Dario decesserat, consulisset, ut transmissio Mazandro flumen a tergo habentes, cum hoste demum congregarentur, ut sublata spe retrogrediendi, redderentur animosiores: Cares non obsecuti, sed ut Persis potius a tergo Mazander esset, ne Persae fugam facientes evaderent, castra posuere. Superato autem a Persis Mazandro, ad annum Marfiam Cares magna strage vixi sunt. Herod. lib. 5.

ALCIBIADIS Clazomenas navigans, classem anchoris firmatam ad Ephesum Lyfandro Lacedaemonio oppositam, Antiocho praefecto commisit, seveit interdicens, ne ante illum reditum manus cum hoste quacunque oblata occasione conficerat. Ipse vero Alcibiadis assumptis militaribus navigiis cum summa festinatione Clazomenas advigavit: quam urbem in societatem Atheniensium perstantem, nonnulli exules graviter instabant cuncta prada, rapinis, depopulationibusque vastantes. At Antiochus gloriae cupiditate suis auspiciis aliquid praeratum facinus edere gestiens contempto Alcibiadis mandato, decem naves, quae expeditissima, robustissimaeque viderentur, militibus complet, pratoribus mandata, expeditas omnes suam quique teneat, ad pugnam intenti, si forte necessitas aliqua conferere cum hoste manus contingerit. Lyfander pertransugas certior factus Alcibiadem abesse, universa classe instructa adversus hostem ire pergit, unamque ante caeteras decem provectam qua vehebatur Antiochus, ipso impetu suppressit, reliquis in fugam versas infectari non destitit, donec a reliquis Atheniensium pratoribus, ac tumultuose suis auxilio properantibus, relique trimes militibus completae statione educerentur. Eductis mox, priusquam instrueretur acies, pugna per succurrendi festinationem agmine incompotito confusis ordinibus accensa, confertis haud procul a terra navibus, Athenienses propter ordinum perturbationem victi duas, & viginti naves amittere in quibus pauci admodum vivi capti, reliqui in terram enatarunt. Diodorus lib. 13.

Cum apud Aegos flumen Philocles prator Atheniensium classem haberet, neque longè abesset Lyfander prator Lacedaemoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quamdiutissimè duceret, quod ipse pecunia a Rege suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis, praeter arma, & naves nihil superesset. Alcibiadis licet exul ad Atheniensium venire exercitum, ibique praesente vulgo agere cepit, si vellet, se coacturum Lyfandrum dimicare, ut pacem petere. Et enim Lacedaemonios eo nolle consilere classe, quod pedestribus copiis plus, quam navibus valeret: sibi autem esse facile, Regem Thracum deducere, ut eos terra depelleret, quo facto necessarii, aut classe conficturos, aut bellum composuissent. Id est verè dictum Philocles animadvertentem, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se, Alcibiadem recepto, nullius momenti apud exercitum futurum: &

si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore: contra, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum. Ad haec discens Alcibiades: Quoniam, inquit, victoria patriae repugnat, illud moneo iuxta hostes castra habere nautica: periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lyfandro, nostri opprimendi exercitus. Neque ea res illud sefellit. Nam Lyfander eum per speculatores comperisset, vulgus Atheniensium in terram praedatum exisse, navesque penè inanes relictas: tempus rei gerendae non dimisit, unoque impetorum bellum confecit. Probus in Alcibiade.

Cum pratores Tydeus, Menander, & Adimantus, Alcibiadi falsis circumvento criminationibus surrogati cunctas, quae tunc Atheniensibus erant, naves, in Aegos flumine tenerent, atque id haberent instituti, ut quotidie insecti peterent Lyfandrum, qui stationem habebat apud Lampacum, sub lucem lacescentes eum, inde retrò redirent, diemque solute, & supine traducerent per contemptum hostium. Alcibiades, qui in propinquo agebat, quamvis nova injuria ab ingrata esset affectus patriae, haud flocci pendidit, vel neglexit, sed equo advectus incommodam stationem docuit eos delesisse locis importuos, & oppido carentibus: longinquo autem necessaria Sesto petere, & sinere focos naves, cum in terram descendissent, quo, cuiusque animus ferret, vagos parari: cum classis ipsi objecta flaret ad unius iusum imperatoris omnia facere obsequenter assueca. Haec momenti Alcibiadi, & ad traducendum Sestum classem hortantur, non auscultaverunt pratores: Tydeus insuper contumeliose, ut faceret, imperavit: neque enim penes ipsum, sed penes alios esse imperium. Verum non multo post poenas suae imperitiae dederunt. Si quidem cum subitò eos adoratus Lyfander esset, octo naves cum Conone sola effugerunt: reliquae paulo minus ducentae captae, atque abstractae. Tria millia captivum cepit, atque trucidavit Lyfander. Athenas quoque brevi post in portum redegit, naves inflammavit, longos muros diruit. Plutarchus in Alcibiade, & Diod. libro 3.

Samnites inclusis duobus Cos. Romanorum exercitibus ad Candium, Herennii Pontii salutare consilium neglexerunt, qui auctoritate, & prudentia caeteris praestans, ab exercitu, & duce ejus filio suo consultus, Quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas inclusis deberet? Inviolatas dimitendas, respondit. Postero die eadem de re interrogatus, Deleri eos oportere, dixit, ut aut maximo beneficio gratia hostium emeretur, aut gravissima auctura vires confringerentur. Sed improvida temeritas victorum, dum utramque partem spernit utilitatis, sub jugum missas in perniciem suam accendit. Val. l. 7. c. 2.

Victis ad Cannas Romanis, Maharbal praefectus equitum Hannibalem monuit, ut nulla quiete militibus data, ex Cannis Romam contenderet, ut prius percussa civitas videret hostem quam venturum putare: sic fore, ut quinto post die in Capitolio epularetur. Laudasse id consilium Hannibal dicitur, sed viam majorem esse dixit, quam animo facile concipi posset. Tempore opus esse ad id deliberandum. Tum illud a Maharbale subiectum. Non omnia eidem dii dederit. Vincere seis Hannibal, sed victoria uti necesse. Plutarchus Biliam quendam Barcham nomine fuisse ait, a quo ea sint verba in Hannibalem dicta. Sabell. l. 1. Enn. 5. & Plut. in Fabio.

HANNIBAL cum desperatis rebus, & ne Romanis dederetur veritus, ad Antiochum in Asiam profugisset, cum de bello in Italiam transferendo sollicitare cepit. Cujus consilia nisi regii adulatores evertissent, Romanis de Italia retinenda de novo timendum fuisset. Quod non multo post: cum rex bello Thesalis illato, a Romanis victus, serio tandem. Unum Hannibalem, quid facio opus fuisset, pravidisse, falsus est. Plut. Livius, & Probus.

Cum M. Antonius in Cleopatrae gratiam classe cum Octavio ad Actium decernere pararet: quem ordinem ductorem pedestrium certaminum scientem, qui complura praelia sub Antonio decertaverat, corpusque cicatricibus habebat concilium; Antonio praesenti ferunt ejulantem dixisse: Quid imperator hinc diffusus vulneribus, & gladiis, spem tuam proligatis in lignis reponit? Egyptii, & Phoenices in mari praesentur: nobis perimitte terram, in qua asuevimus stantes occumbere, vel vincere hostes, in qua nihil respondit, manu tantum, & vultu quasi excitans cum, ut bono animo esset, praeterit omni bona spe deposita. Plutarchus in Antonio.

Bellis civilibus, quod M. Cato ante Pompejo, idem Uti- a cæ quoque confulebat P. Scipioni, ne cum Casare homine bellatore, & acri signa conferret: sed traheret tempus, quo omnis viriditas, qua valet tyrannis, emarcescat. Hæc Scipio ex perviciacia floccifecit: ac Catoni semel ignaviam improperans scripsit: Satine esset ei, quod in urbe, & intra mœnia Uticæ desideret, nisi etiam prohiberet aliis consilio pro tempore uti audeat? At eventus Catonis consilium bonum fuisse ostendit. Nam citius, quam expectabat, accurrit quidam, qui tertio die venerat ex castris, annuncians, ingenti prælio ad Thapsium contracto omnia perita esse, Cæsarem castris potitum, Scipionem, & Jubam cum paucis effugisse, omnem castrum reliquum exercitum. Plutarchus in Catone.

ALPHUS, & Algerus, Danorum regis Sigari FF. cum Hagbarto, Amundo, Hacone, & Helvino fratribus Amundi Sueonum regis filius post atrox navale prælium, fœdus simul percussit. Quod cum Bolvæus quidam, numeribus corruptus, iterum dissolvere conaretur, Bilvitus aulicus contra consuluit, ut inviolatum conservaret. At cum spero hujus consilio, Bolvæo parentem, secuta est imprimis regiorum liberorum clades, & occisio, filia violatio, & infamis exitus, ac tandem regi Sigari mors: omnesque Dania nobiles unâ cum omnibus regii sanguinis reliquis penitus extincti fuerunt, necem fratrum persequente Hacone Suecorum rege, qui Sigarum occidit, & Daniam miserè afflixit. Jo. Magn. lib. 7. c. 5. 19. seg.

NICOLAUS, Eugenii III. Pp. legatus, Suenonem III. Danorum regem, ob raptas à Joanne Suerconis regis F. matronas quasdam, Suevicum bellum meditantem, à proposito revocare conatus, prius ei cum immanibus scopolis, quam cum hoste certandum dicebat. At cum regis perviciaciam superare nequirit, Araneam cum amulari dixit, quæ telarum figmentis cum discrimine vitæ, & viscerum suorum egestione confertis, nihil nisi muscas, & vilia animalia venaretur. At ille suam occupandæ Sueoniæ opportunitatem, tum ob sensum, imbelliamque Suerconis regis, tum ob factiones inter eundem, & plebem recentes ortas (nam Joannem filium concionantem occiderant) arbitratur: spe quoque tam rata victoriam complectebatur, ut ante militiæ exordium inter milites suos Svecicarum jura provinciarum, tanquam belli præmia, partiretur. Cum duo ex proceribus Svecicæ conjuncti virgini amulatione inter se contenderent, Rex beneficii sui id forte dixit: capta Svecia fortiori connubium pollicetur. Suerco crebras ad eum de pace legationes misit: sed nullis conditionibus eam impetrare potuit. Igitur frustra fatigari se videns, ignotos locorum recessus quaesivit, summanque belli Sueonibus credit. Sueno igitur medio hyeme Sveciam ingressus, dum neque decedentibus se parcat, frigoribus vehementiam non ferentibus militibus, ab exercitu magna parte desertis, infestare descendere coactus fuit. Saxo libro 14.

Ad compescendos Vandalos, arcemque Gnofdecam muniendam, Uratislaus II. Boemorum rex filium Bretislauum cum Alexio duce miserat. Haud procul à Gnofdeco vicus erat, Kylebus dictus, frequens habitatoribus, qui ante alios munitionem arcis impediabat. Hunc cum duo juvenes Boemi equestri genere nati, sine ullo maleficio præterquarent, coorti in illos vicani, ambos crudeliter interfecit. Miserrime proinde Saxones, Lusacis finitimi, cum exercitu confcripto, observabant Boemorum itinera, ut securos invaderent, ad flumen, quod illi traiecerant, præmissis curtilibus præ æstum in flumine natante. At Alexius monuit illum. Non esse isthic Boemiam, sed Lusaciam, in qua inimicem apparere haud expediret. Fortiter ad hæc juvenis, Se hostem non timere: Alexium senecta exanguem seniliter loqui, oblitum domesticæ proverbii, Qui sibi ab strepitu timet, ab ingressu sylvæ temperet. Vix hæc renunciata sunt Alexio, cum ecce sibi turba equitum hostilis à tergo irrupens, metu simulato, Boemos ad locum insidiarum pertraxit. Ibi cædes magna quoad Bretislauum cum cæteris cohortibus subsidio venit, interfecto jam Alexio. Dubrav. libro 9.

Cum Scoti, atque Picti Britanniam, viris à Maximiano tyranno exhaustam, à Romanis frustra implorato auxilio destitutam invaderent: Conanus Camber, ex regio Octavio- rum genere ortus, pacem suavit. Cæterum satis urgentibus, cum populus bellum prætulisset: Conanus insaniam hanc publice detestatus, à circumstantibus crudeliter interfectus est.

Nec multo post temeritatis poenas dedere, fœdissima strage H. Boet. lib. 7.

Expugnata Ptolemaide à Philippo Francorum, & Richardo Anglorum regibus, inter captos erat quidam, Characux nomine, prudentiæ fama nobilissimus: cujus consilio usus Saladinus Sultanus ad tantas opes pervenisse dicebatur, specie deformis, vultu liberali, corpore pusillo. Custodie præfectus submoris arbitris per interpretem obtestari, obsecrareque cepit, ut induceret animum fidele consilium dare ea dere, super quæ illum consulturus esset. Tunc ille, nulla, inquit, obtestatione opus erat: consultoris nomen sanctum est, ut cum magis fidem, quam prudentiam præstare, colereque conveniat. Cæterum ante quam referas, qua de te expromere me quid censeam, velis: ut omnia pie, ritèque fiant, sinas me oro, operari. Cùmque aqua petita sese purificasset, procumbentem cælum veneratus esset, tunc Francus, Pro sapientia, menteque pectori tuo data, edoce quam ratione Latini parere, tuerique perpetuo factum regnum possim? Ille continuo velut inopinata re percussus sublatore voce: Proh dolor, inquit, hic dies excedium afferet genti nostræ, pætebatur ut consilii dandi religione solveretur. Terram ergo, que vobis sancta est, etiam ut nunc omnem in potestatem redigatis, nunquam jure vestram vocitari posse denuntio, nisi Ægypti imperio everso, Ægyptiorum spiritus, ferocitatemque coerceratis, Nilum fiteatis: nec in equitatu, peditatu (ut hæctenus) omnem virtutem spem reponatis. Navalis gloria terrestribus copiis addita, victoriam incrementum dabit. Damiatia terra, marique maximè opportuna arx, est domanda in primis, ut Hierosolymitanum regnum quando id maximè vobis cordi est, quaerere, tuerique possitis. Hæc tunc Characux furdis narrabat, quibus si paruisset Latini, Oriens omnis Christi jugum polimino magna cum Latinorum gloria subiisset. Amilian libro 6.

Consulterant adversus Anglos Franci ad Cresciacum. Joannes Dux Luceburgensis, Boemia rex, Philippum Valefium regem admonet, optimum factu esse, peditatum, qui sublequebatur, eujusque pars non contemnenda Ligures sagittarii erant, in prima acie opponi hosti habenti maximam fœm in sagitta, & prius, quam cum recentis, interrogo posse dimicet, jejunia festaque corpora reficere, firmareque. Pedes Galati consilio Luceburgensis, solitis ordinibus ad eibum capiendum se expediunt. Qui Equitum in extremo agmine relictis erant, affirmant sibi nullum vitæ finem ante futurum, quam posteriores pedes suorum equorum prioribus antegnanorum vestigiis insisterent. Qua alacritate ceteri mox, exortate amulatione, & ipsum regem, & duces permoveo pervincuntque, ut dum caleret animi, pugna committeretur. Licet igitur plurimus imber arcuum nervos laxasset, & repente ex turbida, & minacique tempestate, nitidissimus sol Francorum oculos perfringeret: cæca tamen pugnandi cupiditate, rabie, Franci pugna commissa, clade funestissima affecti sunt. Amilian. 19.

Carolus junior Siciliæ rex contra Petrum Aragonum classem decertans, victus est, atque captus, temeritatis poenas luens, quod Gerardo Parmensi legato Apostolico, cum à certamine deterreret, non paruisset. Nam paulo post pater Carolus cum ingenti classe supervenit, qua etiam cum hoste nondum victore decertare potuisset. Platina.

Sigismundus Imperator in Vicegradum arcem ab Hussitis obsessam commeatum invchere volebat. Obiiciunt se Hussi- H tumtionibus extrâ portam excitatis, densisque flagellantium stationibus instructis. Tum Henricus à Cravar Moravia præfectus regem adit, à pugna illius diei eum dehortaturus, quando nulla ex arce Vicegradensis subsidia adesse videret, inquit: Novi ego rex, flagelliferos istos ruficos flagellis præferratis instructos, ac nimis metuo, ne multum vulpemus, si interdipsum cum illis pugnam iniuriemus. Commotus hoc dido rex: & ego, inquit, novi, vos Moravos esse metuellos, non ideo tamen detreberet, quo minus ruficos illos cum fortibus viris hodie aggrederetur. Tum Henricus, & præterea duodecim insignes Moravia proceres, equis desilientis: Hic dies, inquit, restis erit eujusque fortitudinis, & mox in primam aciem progressi, fortissimè dimicantes occidere, cum cæc. aliis, cæteris omnibus fuga clapsis. Arce capta, profanarunt Hussitæ templa, vastaverunt altaria, pollicerunt palatia, denique desertam reliquerunt arcem in pomorum custodia,

diam, Rege cum Hungaris ad novam arcem confugiente. A Dubrav. lib. 26.

ULADISLAVO Hungaria Rege contra Amurathem Turcarum Imp. violato fœdere bellum gerentem, ad Nicopolim, Dracula Valachiz Princeps occurrit, & militum paucitate via, cum continuo obtectari cepit, ne ultra contenderet: exploratas se Turcæ vires habere: quippe qui cum longè majore serorum manu venarum prodire solet, quam Hungaria tunc forent copiar: quaerenda cum supplementis externorum auxilia. Verum cum Julianus Cæsarinus Pontificus legatus quotidie magis iter urgeret, Dracula auxiliorum loco filium cum quatuor millibus equitum expeditissimorum cum eo misit, item duos strenuos juvenes locorum peritissimos, & in digressu, ad belli usum duos miræ penitatis equos dono dedit, quorum opera effugeret. Bonifinus lib. 6. Decad.

In prælio ad Nicopolim seu Varnam commisso, traditur Turcharum Imp. Amurathes in uno cornu Asiæ in altero Europæ Bassam collocasse: in medio ipse cum Janizaris, & tribus equitum expeditissimorum millibus: suum agmen fossa valloque præmunivisse, ut si quid adversi accideret, veluti B in tua castra se recipere: intra vallum oneratos camellos, & jumenta loco muri, simul perpetua catena conjunxisset. Contra, apud Hungaros, dextro Joannes Corvinum, sinistro comu Michaelem Nigrum præfuisse, Regem Uladislaum in medio confuisse. Antequam collatis signis congrederentur, in castris fuisse deliberatum, ut Corvinus, & Michael cum duobus Bassis eodem tempore prælium intrent, & regium cum regio agerent, si necesse foret, congrederetur. Ex composito pugna confugerunt. Michael Asiaticum, Europicum Bassam Corvinum adori fundunt. Rex gloriæ cupidus, ut veluti duces cum ducibus, sic rex cum rege congrederetur, mora impatiens, quadrato in Amurathem agmine contendit intra munitiones, ac vallum cum Janizaris se continentem, & Corvini monitorum immemor, vix cum equitibus septuaginta per aditum intra castra irumpens, à Janizaris equo sustolito capto, & interfectus, caput hæc præfixum vallo impostum. Quod ubi confexere sui animo consertati, terga vertere: quicunque cum eo castra invaserant, pari fato oppeterunt. Chalcocondylas lib. 7. 19. Bonif. lib. 6. Decad. 3.

Genueses, classe Veneta ad Polam ingenti clade victa, ad C Fossam Clodiam expugnandam se convertente. Quod si Francisci Carrariensis Paduz Principis consilio paruisset, & Clodia dimissa, mare Venetorum urbi claudisisset, & comæatus averissent, de Venetis actum fuisset. Blond. lib. 10. Dec. 3. Jam verò capta Clodia, ejusdem usus Venetias invadere negligentes, spatium recolligendi hostibus dedere. Platina in Urbano VI.

JULIUS II. Pontifex Venetorum copiis, & Neapolitani Regis subnixus, contra Alfonso Ferrarientem Ducem, cui Ludovicus XII. Gallorum rex Duce Gastone Foissejo auxilia miserat, tribus à Ravenna miliaribus ad Roncum amnem prælio commisso, anno 1512. 11. Aprilis tanta strage victus est, quantam vix aliam in Italia sub ea temporis contigisse memorant, unius Petri Navarri ducis alioqui clarissimi pernicia. Nam cum transuentibus flumen Gallicis Fabricius Columna ostingens equitibus præfectus Italicis, infestis eos signis adoriendos censeret, Navarrus, qui se vel solum cum Hispanis suis peditibus hostes vincere posse superbe gloriabatur, ne quod illis effugium pateret, transire permisit. Jam cum tormentorum ictibus à Ferrariensi equitatu Columna graviter affligerentur, neque tamen Navarrus signum pugne dare vellet, tum Fabricius clara voce exclamans. Estne nobis omnibus unius Mariani pernicia, & perversitate turpiter moriendum? an Hispania, Italiaque decus unius Navarri gratia interire patiemur? nihilque progreis Raymundi Cardoni vel signum vel imperium moratus, suos equites ultra fossam impulit. Quem cum reliquis equitibus sequeretur, Navarrus peditibus suis signum dare coactus fuit. Sed tormentorum injuria divulso equitatu victores Galli, Foissejum duceam amiserunt, majore quam victi detrimere, cum quo maritus illius exercitus vigor planè concidisse visus est. Guicciardin. lib. 10.

Gallia Rex Ludovicus XII. capto Ludovico Sfortia, & penè sine vulnere Insulorum principatu potius, eum tamen adhoritate Cæsaris corroborandum exultavit. Igitur cum Maximiliano Cæsare numerata pecunia transfatum est, procurante ejus negotii tabulas Georgio Ambrosio Rotoma-

gensi Cardinale in hanc formulam, ut Ludovicus, ejusque gener ex Claudia filia Franciscus, Angolimoium regulus, li- B berique demum ejus posterii successores, beneficiario jure, Mediolani duces appellarentur. Verum Germani Cæsaris consiliarii in ipso concepti diplomatis contextu: particulam trium verborum inferbant, quæ concessionem sine præjudicio alieni juris factam ostenderet, quod Cæsar, pudore incolumi, prioris diplomatis, septennio ante Ludovico Sfortiæ ejusque liberis concessi, penitus oblivisci non posset. Aderat tum Georgio Cardinali Godofredus Carlius, senatus Mediolanensis præfes, juris intelligentia clarus. Is avertendas ferenda litis occasiones egregiè cautus, cum trium verborum sententiam nequaquam ex usu regiæ petitionis esse diserebat, quò non extincta omnino, sed rediiva Sforcianorum jura non obscure denunciaret. Sed Georgius ut quoquo modo transigeretur, constantibus in id Cæsaris consiliatis, ea verba generosè contempserit. Neque Godofredus in præsentenda lite falsus omnino vates fuit, quando ea demum ambigui, ac ideo sancti juris particula non Italiam modò, sed Europam omnem invento exitiali bello maxime conturbavit. Si quidem Ludovicus XII. post subactos Ligures, Venetosque terrestri imperio penitus exutos, ad convellendam Julii pontificis auctoritatem consilium Pisis indigente, non aliunde Julius Pontifex, quam ex his tribus verbis tuenda dignitatis occasionem arripuit, ut Maximilianus Sforcia in paternum principatum reduceretur. Et Leo X. Pp. octo post annos, eandem belli causam secutus, ut Parmam, Placentiamque recuperaret, Mediolano Gallos depulsi. Jovius in narrat. Mediolan. hereditatis.

Ludovicus XII. Gallia Rex, ducibus suis in regno Neapolitano per literas scripserat, ut defensionis incumbentes pugnam evitarent: mox enim vel pacis confirmationem, vel magna auxilia habituros. Sed cum exercitus utriusque validi essent, & propinqui, Gallorum ardorem temperare, & ut bellum produci paterentur, efficere, difficile erat: immò fatis, ut de rerum summa nulla amplius interposita mora decerneretur, traherentur. Itaque cum ad Giojam Calabriae oppidum Hispanos flumen superantes, incompositè Galli adorientur, victi sunt: multi duces capti, ipse Obinignus Dux exercitus, quamvis in Antigolæ arcem confugisset, in ea inclusus, sese dedere fuit coactus in iisdem locis debellatus, & captus, in quibus paucis annis ante tanta cum laude Ferdinandum Regem, & Consalvum Magnum superaverat: C usque adeo mobilis est fortunæ blandientis aura. Nec ei viro, qui fuit ex præstantissimis ducibus, quos Carolus IX. Gallia Rex in Italiam duxerat, liberosque, & nobili ingenio, aliud quidquam obfuit, quam nimio impetu ad victoriæ spem proripere. Guicciard. lib. 5.

OBERTUS Folsejus Lotrechii regulus, Gallorum Neapolim obsidentium dux, natura obstinatus, & pertinax, ut qui ingenio suo indulgens errare mallet, quam alienis uti consiliis: ne quicquam ipso melior, militiæque peritor existimari posset, pestilentia ob castrorum insalubritatem obocta universum exercitum abstulit, quam Rentii Ceretis, qui in circumjestas urbes, & oppida transportandum exercitum salubri consilio censebat, sententiam approbare maluit. Qua pertinacia & sibi, præstantissimique ducibus mortem accersivit, & jam propè partam victoriam amisit. Jov. lib. 26. Hist.

Consalvus Agridarius Magnus voluisset, expugnata Cephalenia, Chalcedem decreto petere, & Turcis trepidantibus circa Peloponnesum arma Veneta ostentare: præmissis jam, qui ea loca diligentius explorarent. Jacobo Agridario itineris H duce, viro solertissimo. Sed Nic. Pisaurus, Venetus Imp. certo quodam consilio obstitit, majus id facinus ratus, quam ut ex sententia rem celsuram speraret. Sabel. 1. 10. c. 13.

ROBERTUS Portundus, Hispaniæ classis, quæ Carolum V. Cæsarem ex Hispania in Italiam vexerat, præfectus, Barchinonem reverti jussus, summum fœdæ calamitatis infortium subit. Commisio namque navali prælio cum Turcis prædonibus, classe exutus est, atque interfectus. Ex itinere enim prædones se adepturum ratus, qui tum Balearico in mari vagabantur, cum ad Ebusum insulam pervenisset, ibi didicit prædonum quindecim navigia, quæ remisagerentur, ad Colubrariam insulam confedisæ. Itaque evedus in spem opprimenda piratica classis, ex quindecim suis tredecim validissimas octo deligit, cæque cæterarum remigibus, & epibatis complet. Cum Joannes ejus filius hostilium navigiorum classem numerasset, ideoque admoneret patrem, ne propterat congruè numero impar: vehementer